



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 49. Regina unacum Filio suo Rege Melodunum profuga.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

**Sæcul. XVI.** na iniquo ferebat animo, quid consiliū  
**A.C. 1562.** caperet, ignara; cum enim vereretur,  
 ne Triumviri sub veræ Religionis con-  
 tra sectarios vindicandæ prætextu  
 summum quoque imperium, cuius ipsa  
 maximopere tenax erat, sibi arrogarent,  
 & Regem, ipsamque captam abduce-  
 rent, hinc Regem, semetipsam ejus Ma-  
 trem, liberos, atque universum Regnum  
 Condæo Principi commendabat, eum  
 saepius hortata, ut hostium suorum co-  
 natus totis viribus impediret, quam in  
 rem ut majorem enixaë suæ voluntatis,  
 ac fiduciæ in eum repositæ fidem ei te-  
 statam redderet, plures ad illum lite-  
 ras dabat, clam tamen id faciebat, ut  
 promotæ spuriæ Religionis calumniam  
 a se amoveret, nec Nobilium, populique  
 invidia prævalente, Regni administra-  
 tionem amitteret.

### §. XLIX.

*Regina unacum Filio suo Rege Me-  
 lodunum profuga.*

**Thuan. l. 29.** Interim Regina haud parum verita, ne  
 Condæus Princeps confidentiam in-  
 cautius testamat in rem suam verteret,  
 suæ securitati consulere, ac Regem ab-  
 ducere toto conatu moliebatur, ne  
 Triumviri subolentes, quod illa se se Con-  
 dæi Principis præsidio committere mo-  
 liretur, eam prævenirent, captamque  
 abstra-

abstraherent: eapropter omnem inopinatum insultum præpeditura sese unacum Rege Filio suo Meloduni includebat, quem in locum etiam Navarræ Rex contendebat, ubi pariter Merlæus Mercatorum Præfectus unacum quodam Ædili Reginam salutatum venerat, ac periculum, quod tam Metropoli, quam suis immineret, exposuit, significans, quod Condæus Princeps in eadem Parisiensi civitate tum commorans datis ad omnes inveteratos Calvinistas literis eos illuc convolare jussisset, proin necessarium foret, ut Rex Parisios rediret, eo potissimum nomine, quod haud vana esset suspicio, hujus Metropolis expugnationem a Condæo Principe agitari; nihil igitur in hac rerum vicissitudine magis expeditum dicebat, nisi ut Rex arma, quæ Montmorantii Marecalli jussu ad urbis Prætorium fuere asportata, civibus reddantur. Ad hæc, quid respondendum, satis anxia hærebat regni Administratrix, Cancellarii tamen consilium secuta pollicebatur, quod intra paucos dies Regem Parisios reducere vellet, spe freta, fors interea rerum faciem ita mutatum iri, ut fidem datam exsolvere haud amplius adstringeretur: ergo Montmorentio negotium dabat, ut arma civibus redideret, ipsa vero, ut se ab omni metu liberam.

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

**Sæcul. XVI.** beram ostenderet, Fontem-bellaqueum  
A.C. 1562. contendit, ubi acceptis Condæi Princi-  
 pis literis certior reddebatur, quod in  
 Aurelianensi urbe firma cudiisset auxi-  
 lia, quæ consenso equo nunc exequi  
 pararet: ubi etiam, si ipsa Regem eo  
 conducere vellet, tota Aula contra  
 Triumvirorum ausus tutum asylum re-  
 pertura esset. Verum hujus moliminis  
 executio haud adeo expedita erat.

## §. L.

*Rex in Triumvirorum potestatem re-  
 dactus, ac Parisios abductus.*

*Thuan. l.c.  
 Mezer. hist.  
 de France  
 tom. 2. abreg.  
 chron. tom. 5.  
 p. 85.  
 Belc. comm.  
 l. 29. n. 39.*

Navarræ Rex præprimis custodes af-  
 signabat, qui Reginam Fontebella-  
 queo exire prohibebant, & postea ipse-  
 met quantocius Parisios contendit, ubi  
 urbis administratione Montmorentio  
 Connestabilis Filio ablata eam Borbo-  
 nio Cardinali conferri jussit. Sub idem  
 tempus Marlæus, atque Ædiles rursus  
 quingentorum militum præsidium in ur-  
 bem recipiebant, quod tamen, cum ad-  
 huc Montmorantius civitati præerat, fa-  
 cere recusabant: Regina vero consilii  
 inops utramque partem pari favore  
 complecti nitebatur, cum Triumviri haud  
 abs re suspicarentur, ne Condæus Prin-  
 ceps, cum jamjam S. Claudii pontem  
 pertransiisset, Regem in suam potesta-  
 tem redigere moliretur, ut hac ratione  
 æquam